Incipit probemium in dyalogum malogranati.

Fili accedens ad ſeruitutē dei ſta in iuſticia et timore. ⁊ prepara animam tuam ad temptatiōem. deprime cor tuum ⁊ ſuſtine. Inclina autem tuā et ſuſcipe verba intellectus et ne feſtines in tempus obductionis. Suſtine ſuſtentationes dei. Coniungere deo et ſuſtine vt creſcat in nouiſſimo vita tua Eccle. ſcdo.

Capitulum .I. A

Sancta trinitas pater ⁊ filiuſ et ſpiritusſanctus. vnus omnipotens deus. ſue diuinitatis ac bonitatis et ineffabilis dulcedinis et charitatis virtutē que eſt in ipſo. ⁊ ipſe volens cōmunicare alijs ⁊ eſſe alios ſui ꝑticipes. fecit creaturā rationabilem que ſeipſum videlicet ſummum bonum intelligeret: intelligēdo amaret amando poſſideret poſſidēdo beata eſſet. fecit ergo deus primum hominem formādo corpus eius de limo terre ⁊ inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vite hoc eſt aīam creauit quam corpori faciendo vniuit. factus aūt eſt homo ad ymaginē dei in naturalibus et ad ſimilitudinem in gratuitis vt dicit glo. ſuper illud ps. Et ſit ſplendor dn̄i dei ſuꝑ nos ymago ſimilitudinis ad quā facti ſumus nō patris tantum vel filij vel ſpiritusſancti ſed totius trinitatis. ꝑ memoriam ſimiles patri. ꝑ intellectum filio. ꝑ dilectōnem ſiue voluntatem ſpiritui ſancto. De hoc etiā dicit beatus bern̄. Per memoriam patri ſimiles ſumus ꝑ intelligentiā filio ſpiritui ſancto nihil ita ſimile ē in nobis qꝫ voluntas ſiue amor vel dilectio.

B Dedit etiā deus tale corpus primo hoī qd̄ anime eſſet ſubiectū vt eſſet etiam obtempans ſine rebellione. eſſꝫ vegetabile ſine mortalitate. eſſet quoqꝫ anime cōformeꝰ vt ſicut aīma erat innocens ⁊ tamē poterat peccare. ſic corpus eſſet impaſſibile ⁊ tn̄ poſſet mortalitatem incurrere ⁊ ideo poterat mori ⁊ non mori. poterat habere ſufficientiam ⁊ indigentiam poterat obtempare ⁊ rebellare ⁊ hoc fuit ratione nature defectiue ex nihilo create nec ꝑ gloriā al's gratiam confirmate. fuit tamen illud corpus ita conditū vt in eo nulla eſſet pugna rebellionis. nulla promptitas libidinis. nulla diminutio vigoris. nulla corruptō mortis. Hec autē immortalitas ade. fuit principaliter ab aīma ſicut ab influente. a corporis equali diſpoſitione ſicut a diſponente. a ligno autem vite ſicut a vegetante. a regimine vero diuine prouidētie ſicut ab interius protegēte. factus eſt itaqꝫ homo abſqꝫ omni culpa ⁊ miſeria nec ad culpā habuit fomitis incitamentū

C Inſuꝑ datuꝫ fuit ei quadruplex adiutoriū. Unum ad recte volendum Scōm ad murmurandū ꝯtra malum et ſtimulandum ad bonum. Primum eſt conſcientia. Secūdum ſinderiſis. Tercium fuit ſcientia illuminās intellectum ad cognoſcendum ſeipſum. deum ⁊ mundū iſtum qui factus fuit propter ipſum. Quartū fuit caritas accēdens affectum ad diligendū deum ſuꝑ omnia ⁊ proximū ſuum ſicut ſeipſum. Noticiam etiam dei habuit cuius preſentiam quadam interiori aſpiratiōe contemplabatur nō tamen ita excellēter vt in patria. nec ita in enigmate ſicut modo in via in qua ꝯtemplatione ſumme in deo delectabatur ⁊ ꝓnſequēs eo fruebaᷓ prout competebat homini

in ſtatu innocentie exiſtēti qui ſi ſ in ſta tu innocentie pmanſiſſet viuus ad gloriā tranſlatus fuiſſet D Duplex quippe bonū deus illi pparauerat vnū tpale aliud eternū. primū dedit. ſecundū pmiſit. ideo duplex pceptū primus homo habuit. vnū nature ad cuſtodiēdum bonū datū. aliud diſcipline ad pmerendū bonū pmiſſum ⁊ hoc non poterat mereri melius q̄ p merā obediam E Sed iſtuz ſtatū felicē viz innocētie parentes nr̄i primi pPter inobediam pdiderūt ⁊ oēs poſteros ſuos .i. omne genus humanū ad magnā miſeriā pduxerūt. F Inuidens em̄ diabolus felicitati hoīs in ſpē ſerpentis ipſam mulierē tāq̄ fragiliorē aggredit̄ temptandā quā cū in reſponſione dubitantē cerneret. inſtitit fortius. ⁊ vincens eā etiā viꝝ illa mediāte deiecit. pceſſit igit̄ ſic. primo querēdo cur pcepit vobis deus ⁊c̄. ſecūdo aſſerendo nequaq̄ moriemini. tercio pmittendo. eritis ſicut dij ſcientes bonū ⁊ malum Proceſſus iſte fuit maxie verſutie qꝛ pceſſit experiendo impellendo ⁊ alliciendo. Experientiam em̄ accepit in interrogatione. impulit in aſſertiōe. allexit in promiſſione. Allexit em̄ dyabolus mulierē p triplex appetibile. ſ. p ſciam q̄ eſt appetibilis rōnis. per excellentiā ad modū dei q̄ eſt appetibilis iraſcibilis p ſuauitatē ligni q̄ eſt appetibilis ↄcupiſcibilis. Igit̄ vir peccauit qꝛ lignū vetitū guſtauit. Vn̄ ⁊ penaz accepit vt in ſudore vultus ſui panem ſuo veſceret̄. G Mulier autē in duobꝫ peccauit qꝛ ſupbiuit ⁊ vetitū cibum ↄmedit vnde ⁊ duplicez maledictionē hꝫ. ſ ſub viri ptāte eris ⁊ hoc pPter primū. Itē in dolore pies pPter ſecundū H Deinde adā ⁊ eua de padiſo expulſi ſūt ſicut lucifer de celo. ⁊ in hac valle miſerie habitātes facti ſunt mortales. ceciderūt em̄ miſerabiliter a ſtatu innocētie ⁊ grē in ſtatū culpe ⁊ miſerie pPter hoc certū eſt q̄ oēs naſcimur filij ire qꝛ priuati rectitudīe originalis iuſticie quā puaricatōez vocamus culpā originalē pPter cuius habūdantiā incurrimus quantū ad aīaz quadruplicē penā. ſ. infirmitatē ignorantiā maliciā ⁊ ↄcupiſcentiam. Que quatuor inflicta ſūt pPter originale pctm̄ q̄s ſane penas comitat̄ in corpe multiplex labor multiplex morbꝯ ⁊ multiplex dolor. Ad has quoq̄ penas ſubſequit̄ pena mortis ⁊ incineratōis pena carentie dei viſionis ⁊ amiſſionis glorie celeſtis ¶ Ca. .II. I

Videns aūt piiſ

ſimus deus ⁊ miſericordiſſimus dn̄s deus hoīem quē ad ſupnas fruitionē formauerat a ſtatu innocentie tā felici pPter pctm̄ inobie cecidiſſe ↄmota ſunt oīa viſcera mīe eius ſupeū ⁊ cogitabat cogitatiōes pacis ⁊ redemptōis quō poſſet genus hūanum qd̄ creauerat ad ſe pfruendū iteꝝ reformare. hoc intelligens diuina veritas ⁊ iuſticia. de quibꝯ dr̄ ps. Iuſticia tua iuſticia ineternū ⁊ lex tua veritas. Cōtradicebant aſſerentes humanā naturā q̄ p culpā inobie erat ſauciata iuſte eſſe dānatam nō debere reformari. Audiens hoc pax dei q̄ exupat oēm ſenſū ⁊ mīa dn̄i. de qua dicit ps. Miſericordia dn̄i plena eſt terra ↄpatientes hominē lapſum ⁊ pPter culpā damnatuz eius cauſam ſibi aſſumpſerūt ⁊ in ↄſpectu altiſſimi eam obtulerunt obſecrātes ⁊ ſtimulantes eius pietatem vt ſuum plaſma quod ad laudem ⁊ gloriaz ⁊ honorem ſuimet creauerat ineternū pire non permitteret. Veritas aūt hoc reclamabat ⁊ iuſticia prohibebat dicētes q̄ ille homo qui ſponte per ſuā cul

pam cecidit non debere aliqñ ad ſalu/
tem ſublevari. audiens hoc diuina boni
tas ꝙ ꝓpter hoīem inter ſe ſic diſcepta
rent placuit ſue paterne clementie pri
um qōnes dirimere. ſedare diſcordiā
iniuriāq̄ꝫ nulli facere. ℞ Et quia
hoc ꝯgrue decenterq̄ꝫ fieret ſapiēti fu
it opus cōſilio. Unde ipſe pr̄ ſapiam
ſuā. i. filiū de hac re ꝯſuluit. que ſapia
tale ꝯſiliū adinuenit vt ipſam ꝑ ſeip/
ſam ſapiam humana carne ſedveſtiret.
⁊ ꝓ eterno ꝓthoplaſti piaculo aſſump
tum a ſe hoīem morti mordendū obij
ceret. ſed latēte deitate mordentē mor
tem illaquearet ⁊ ſic moriendo ade de
bitū homo veritati ⁊ iuſticie ſolueret ⁊
reſurgendo captā hamo deitatis mor/
tem in eternuꝫ precipitaret. Cui ſnīe
oēs aſſenſerunt. vicꝫ veritas ⁊ iuſticia
pax ⁊ mīa. ⁊ accepta ſatiſfactōne veri
tas ⁊ iuſticia. mīa ⁊ veritas ſibi obuia
uerunt. iuſticia ⁊ pax ſe oſculate ſunt.
L Cū ergo venit plenitudo tpis quo
clementia dei patris hoīem recupare
diſpoſuit. miſſus eſt gabriel archange
lus occulti ꝯſilij baiulus ad virginē de
ſtirpe dauidica cui repoſita ſunt teſta/
menta fidelia dicens. Aue gr̄a plena
dñs tecū. Que breui deliberatōne pre/
miſſa citius rn̄dit. fiat mihi ſm̄ verbū
tuū. Nec mora reuertit̄ nuncius ⁊ vir
ginalem thalamū ingredit̄ xp̄s. Miſ
ſus quippe fuerat ab arce patris filius
dei orbis ꝯditor atq̄ꝫ ventre virginali
caro factus ꝓdijt. exiuit nāq̄ꝫ per clau
ſam portā dn̄s ⁊ homo. lux ⁊ vita. ꝯdi
tor mundi. ⁊ ſm̄ ꝓphetam Baruch. iij.
poſt hec in terris viſus eſt ⁊ cū hoībus
ꝯuerſatus. ⁊ ſic ꝑ verbū incarnatū fcā
eſt hūani generis repatio. nō q2 aliter
ſaluari nō potuit. ſed q2 nullꝰ modus
alius ꝯgruebat ipſi repatori. repabili
⁊ repationi M Congruebat inq̄ꝫ
iſte modus repatori ꝑ quē decebat oñ
dere ſuā potentiā. ſapiam. ⁊ bonitatē.
Quid aūt potentius q̄ꝫ cōiungere duo
extrema ſumme diſtātia hoc eſt creato
rem ⁊ creaturā. Quid vo ſapientius
q̄ꝫ ꝙ ad ꝑfectōem totius vniuerſi fierꝫ
ꝯiunctio primi ⁊ vltimi hoc eſt vbi dei
qđ eſt oīm principiū. ⁊ humane natu/
re que in opib9 ſex dierum fuit vltima
oīm creaturaꝝ. Quid beniuolētius q̄ꝫ
ꝙ creator reꝝ ꝯicare ſe voluit reb9 cre
atis N Fuit etiā modus iſte con
gruentiſſimus repabili. q2 hō ꝑ pctm̄
corruit in infirmitatē. ignorantiam ⁊
maliciā per q̄ ineptus factus eſt ad vir
tutē diuinā imitandā. ad veritatē cog
noſcendā. ⁊ ad bonitatē diligendam
Ideo dꝰ factus eſt homo per qđ ſe red
didit hoī imitabilem. cognoſcibilē. ⁊
amabilē. Fuit ſilr iſte modus ꝯgruen
tiſſimus noſtre repationi quo dñs in
forma ſerui ſalutem ſerui ꝓcuraret

Capitulum .III. O

Unt et alie rō
nes quare fuit ꝯueniens deum
incarnari. Prima fuit. q2 ꝑuaricator
abſtulit nobis deuꝫ. ꝯueniens ḡ fuit vt
repator redderet nobis deū. Scđa. q2
humilitas decuit deū. ſed nō potuit hu
miliari vſq̄ꝫ ad penas in natura diuina.
oportuit ergo ꝙ in humana Tercia vt
eſſet hūilitas tanta in repatōe q̄nta fu
it ſuꝑbia in preuaricatōe. q2 ſuperbia
fuit tanta vt hō vellet eſſe vt dꝰ. vn̄ hu
militas tanta eſſe debuit vt deus fieret
homo. Et notandū ꝙ q̄ꝫuis opa trini/
tatis ſint indiuiſa ita ꝙ quicquid opa
tur vna ꝑſona operetur ⁊ alia. tn̄ ſolus fi
lius ſuſcepit carnē ⁊ nō pr̄ vel ſpūſſan
ctus. q2 ad ſolum xp̄m ꝑtinet caro. ⁊
licet filius ſuſcepit carnem. non tn̄ de
ſpernit patrem. nec ſe diuiſit a patre.
Suſcepit inq̄ꝫ filius carnē in ꝓprieta/
te. ⁊ tn̄ pater ⁊ ſpūſſanctus nō deficit

maieſtate in diuinitate equalitas in car
ne ſola filij ꝓprietas. nō aūt ab eo pr̄is
aut ſpūſſancti receſſit aliq̄n diuinitas
Cū ḡ vna ſit deitas. vna deitas imple-
uit quidem carnē xp̄i pater ⁊ ſpūſſan
ctus ſed maieſtate ⁊ non ſuſceptione.
Si celū ⁊ terrā īplet pater īplet ſpūſ-
ſanctus carnē xp̄i de ſe dere a'ſs deſere
re nō potuerūt q̄n in diuinitatis vnitate
manſerūt P Dicendū eſt etiā ꝙ
opus incarnatōis q̄n̄qꝫ attribuit pr̄i
vt ibi q̄n venit plenitudo tp̄is miſit d's
filiū ſuū Q̄n̄qꝫ attribuit filio vt ibi ex
iui a patre ⁊ veni in mundū. Q̄n̄qꝫ ſpi
ritui vt in ſymbolo. Qui ↄceptus eſt
de ſpiritusancto. Sꝫ ideo hec dicunt
q2 opus incarnatōis fuit maxime po-
tentie ſapiētie ⁊ bonitatis que trib9 ꝑ-
ſonis attribuunt Q Sūt aūt plu-
res rōnes q̄re filius incarnatus fuit ⁊
nō pater vel ſpūſſanctus. Prima vt ꝑ
eandē ſapientiā q̄ mundū ↄdiderat re
ꝑatio fieret. Secūda eſt vt q̄ filius eſt
in deitate eſſet ⁊ filius in humanitate.
Tercia vt patris erga nos oſtenderet
caritas. Vn̄ iohānes Sic deus dilex
it mundū vt filiū ſuū vnigenitū daret.
Quarta q2 nullū decet magis reduce-
re hoīem ad diuā cognitionē q̄ꝫ v̄bum
quo ſe pater declarat qd̄ eſt viſibile car
ni ſicut ⁊ v̄bū voci. Quinta q2 nullum
decet magis reducere ad filiationem
adoptiuā q̄ꝫ filiū naturalē. Et q̄ꝫuis fi
lius dei humanā aſſumpſerit carnem
nō tn̄ ſe diuiſit a patre ſed totus ⁊ inte
ger manēs apud prēm integer ⁊ indi-
uiſus in humano aduenit corꝑe. non
eī̄ ps vnigeniti venit in corꝑe nec ipſe
ſe diuiſit vt dimidius apud prēm ⁊ di
midius eſſet in v̄gine ſꝫ totus apd̄ pa
trē ⁊ totus in ſinu pr̄is totus in hūano
genere corꝑe nō relinquēs ſupiora ve
nit q̄rere terrena q̄ in celis ſunt ſuans
q̄ in terris ſunt ſaluans vbiqꝫ totus ⁊
in celo ⁊ in terra ⁊ apud prēm ⁊ in v̄gi
ne. R Notandū etiā ꝙ in cōi re
patione oīm decens erat vt fieret ↄcur
ſus triū de triplici ierarchia. ſ. diuina
angelica ⁊ hūana. Vn̄ in miſterio in-
carnatōis fuit ↄcurſus angeli nūcian-
tis ⁊ v̄ginis ↄcipiētis ac v̄bi dei car-
nem aſſumentis S Cū v̄o filius
dei in mundū mittit non fuit loci mu-
tatio ſꝫ nature hūane aſſūptio q2 ip̄i9
mitti eſt eē ab alio vbiqꝫ vt prius fuit
ab initio. hec alteritas non ex pte eius
q̄ eſt cū ſit īmutabilis ſꝫ ex pte eius in
quo eſt q2 vnit noſtre carni vn̄ mutatō
nō fuit ex pte ſui ſed ex pte nr̄i q2 poſt
incarnationē ſuit in patre ſicut ſemꝑ

Ca. IIII.

Poſtquā autē fi

lius dei ꝓpter ſalutē hūani ge
neris hoīem aſſumpſiſſet al's carnē ⁊
incarnatus fuiſſet in eadē carne ince-
pit aggredi modū ꝑ quē genus huma
nū ſaluū faceret qd̄ ꝑierat T Iſte
aūt modus redēptionis nr̄e fuit ama-
ra paſſio ⁊ mors ſua ꝑ quā ſaluati ⁊ a
morte eterna liberati ſumus. De qua
ip̄e ait Niſi granum frumenti cadēs
in ter. mor. fu. ip. ſo. ma. Quod expo-
nens beatus augu. d̄r. Se aūt dicebat
granū ip̄e mortificandꝫ infidelitate
iudeoꝝ ⁊ multiplicandꝫ fide oīm po
puloꝝ. Item dn̄s alibi d̄r. Ego ſi exal
tatus fuero oīa trahā ad meipſum.
Et ſicut moyſes exaltauit ſerpentē in
deſerto ita exaltari oportet filiū hoīs
vt omnis qui credit in ip̄o non peat ſꝫ
habeat vitam eternā V Per iſta
igit dicta itelligere debemus ꝙ ſalus
eterna ꝓfluxit humano generi ex paſ-
ſione xp̄i q̄m ſuſtinuit ī cruce ſua paſ-
ſione diabolum vicit quem ligauit in
infernum quem ſpoliauit mortē quā
ſuꝑauit celūqꝫ apuit. X De mō

aūt patiendi hoc ſciendū eſt q̄ꝛ paſſus
eſt xp̄s paſſione generaliſſima. paſſio
ne acerbiſſima. paſſiõe ignoīoſiſſima
paſſione interēptoꝛia ſed viuificatia.
Generaliſſima inq̄ꝫ quātū ad naturā
humanā non ſolū ſm oīa mēbꝛa coꝛ-
pis pꝛincipalia. verūetiā ſm oēm aīe
potentiā ſuſtinuit. liꝫ nihil pati poſſet
ſm naturā diuinā. Paſſus eſt etiā paſ
ſione acerbiſſima. q̄ꝛ nõ ſolū dolendo
vt patiens ꝑ vulnera ſed etiā ꝯdolens
ꝓpter noſtra delicta. Paſſus eſt etiam
paſſione ignoīoſiſſima ꝓpter patibu-
lū crucis qđ erat ſuppliciū peſſimoꝝ. ⁊
ꝓpter ꝯſortiū iniquoꝝ latronū vicꝫ cū
quibꝰ reputatus erat. Paſſus ē ⁊ paſ-
ſione interēptoꝛia per ſepatõem aīe a
coꝛpe. ſalua tñ vnione vtriuſq̄ꝫ cū dei-
tate. Anathema em̄ eſt qui dr̄ dei filiuꝫ
naturā quā ſemel aſſumpſerat reliq̄ſſe.
Quia igit̄ repatiuū pꝛincipiū ſicut oꝛ
dinate ꝑduxit. ſic ⁊ oꝛdiate repare de-
buit genus humanū. ideo xp̄us ſaluo
honoꝛe dei repauit offerēdo obſequiū
ſatiſfactoꝛiū. A Eſt aūt ſatiſfacere
deo honoꝛē debitū rependere. Honoꝛ
aūt deo ſubtractus ꝑ ſupbiā ⁊ inobiāꝫ
hoīs fuerat qui nullo mõ melius reſti
tuit̄ q̄ꝫ per humiliatõem ⁊ obiam xp̄i.
Qm̄ ergo xp̄s ieſus deus eq̄lis erat pa
tri in foꝛma dei inq̄ꝫtum hõ innocens
nullatenus erat debitoꝛ moꝛtis duꝫ ſe
metip̄m exinaniuit ⁊ factus ē obediēs
vſq̄ꝫ ad moꝛtē. qui exoluit deo qđ non
rapuit ꝑ obſequiū ſatiſfactõis ꝑfecte.
⁊ obtulit ſacrificiū ſuauitatis ſumme
ꝓ ꝑfecta dei placatõe. B Item de-
buit repari ꝑ remediū ꝯueniētiſſimū.
Conueniētiſſimū aūt aīe remediū eſt.
vt ꝯ̄ria ꝯtrarijs curent̄. q̄ꝛ ergo hõ vo-
lens eſſe ſapiens vt dš. peccauit in lig
no vetito. volens delcāri ita ꝙ inclina
tus eſt ad libidinē erectus in ꝑ̄ſumpti
onē. ac ꝑ hoc totū genus humanū infe
ctū eſt ⁊ ꝑdidit immoꝛtalitatē ⁊ incur
rit debitā moꝛtē. C Hinc eſt ꝙ ad
hoc ꝙ hõ reparet̄ ꝯuenienti remedio
ds factus hõ voluit humiliari ⁊ in lig-
no pati. ⁊ ꝯtra vl̄em infectõnem pati
paſſione generaliſſima. ꝯtra libidinē
paſſione acerbiſſima. ꝯtra pꝛeſumpti
onē paſſione ignoīoſiſſima. ꝯ̄ moꝛteꝫ
debitā ⁊ inuitā in alijs hoīb pati moꝛ
tem nõ inuitā ſed voluntariā. Quia g̃
gñalitas coꝛruptionis infecerat in no
bis non ſolū coꝛpus ⁊ aīam. ſed etiaꝫ
oēm coꝛpis ꝑtem ⁊ oēm aīe potentiā.
D Hinc eſt ꝙ xp̄s paſſus eſt in oī
coꝛpis ſui ꝑte. in oī potentia aīe. ⁊ in
ſuperioꝛe poꝛtõne ratõnis q̄ ſumme in
deo delectabat̄. vtrõ ꝓpter vnionē ſui
ad ſupius. ⁊ ſumme patiebat̄ vt natu
ra ꝓpter ꝯiunctõem ad inferius q̄ꝛ xp̄c
erat viatoꝛ ⁊ ꝯphenſoꝛ ſimul. Rurſus
q̄ꝛ libido vehemēter infecerat in nobis
aīam ⁊ carnem ⁊ quantū ad carnalia
⁊ quantū ad ſpūalia pctā. Hinc eſt ꝙ
xp̄s ⁊ acerbiſſima paſſione paſſus eſt
in carne. ⁊ amariſſima ꝯpaſſione paſ
ſus eſt in aīa. Et q̄ꝛ in carne maxima
erat eq̄litas ꝯplexionis ⁊ ꝑfecta viua-
citas ſenſuū. in aīma vero ſumma cari
tas ad deū ⁊ ſumma pietas ad ꝓximū.
Hinc eſt ꝙ vterq̄ꝫ doloꝛ fuit intenſiſſi-
mus. Amplius ꝯſiderandū eſt ꝙ tu-
moꝛ ſuperbie ꝯſurgit aliq̄ñ interius ex
pꝛeſumptõe. aliq̄ñ exterius ex oſtenta
tione ex aliena laude. ideo ad remouē
dam oēm ſupbiam paſſus ē vtrūq̄ꝫ ge
nus ignoīnie ⁊ in ſe patiēte. ⁊ in comi
tatu quē hūit in paſſione. E Po-
ſtremo q̄ꝛ hec oīa non attingebāt diui
nā naturā impaſſibilē ſed ſolū huma-
nā. hinc eſt ꝙ in moꝛte xp̄i ſic facta eſt
diuiſio aīe a carne vt tñ ſalua eſſet vni
tas ꝑſone ⁊ vnio tam carnis q̄ꝫ aīe cuꝫ
deitate. F Et q̄ꝛ vnio aīe cū coꝛpe
facit hoīem ⁊ facit vnū. hīc eſt ꝙ xp̄s

non fuit homo in illo triduo licet caro
⁊ aīa vnita eſſent cū vbo Vn̄ q₂ mors
in hūana natura nō potuit mortem in
ducere in pſonā q̄ ſemꝑviua fuit ideo
mortua eſt mors in vita ⁊ ꝑ xp̄i mortē
abſorpta eſt mors in victoria ⁊ prin-
ceps mortis deuictus ac ꝑ hoc homo a
morte ⁊ cā mortis ꝑ meritum mortis
xp̄i tanq̄ ꝑ remediū efficaciſſimum li
beratus. Ca. V G

DE exitu autē et
fructu paſſionis xp̄i. hec ſcien
da ſūt. ſ. q̄ aīa xp̄i poſt paſſionē deſcē
dit ad infernū ſiue ad lymbū ad libera
tionē non oīm ſed eoꝝ q̄ inter mēbra
xp̄i deceſſerūt ꝑ fidē viuā vel ꝑ fidei ſa
crā H Poſt hec tercia die reſurre
xit a mortuis reſumēdo corpus qđ pri
us viuificauerat ſed nō tale q̄le prius
fuerat q₂ prius fuerat paſſibile ⁊ mor-
tale poſtq̄ reſurrexit īpaſſibile fuit ⁊
īmortale viuēs ꝑpetue. I Deinde
poſt. xl. dies ad celos aſcendit vbi ſuꝑ
oēm creaturā exaltatus ſedet ad dexte
ram dei patris qđ dictū intelligit̄ non
quantū ad ſitū q̄ nō ꝯuenit deo p̄ri ſed
quantū ad excellentiā bonoꝝ q₂. ſ. reſi
det in potioribꝫ bonis p̄ris. K Po
ſtremo interiectis. x. diebus miſit in
ap̄los ſp̄m̄ ſanctū ꝑmiſſuꝫ ꝑ quē ꝯgre
gata eſt eccīa gentiū ⁊ ordinata ſcđm
diſtributiōes diuerſas officioꝝ ⁊ grā-
rum Nō aūt ad intelligentiā p̄dictoꝝ
hec eſt q₂ xp̄s inquantū vbū increatū
oīa ꝑfectiſſime reformare debuit De
cet eñ ꝑfectiſſimū principiū opus nō
dimittere citra ꝑfectū. debuit ei repa-
tiuuꝫ principiū redemptionis hūane
remediū reducere ad perfectū. Ad hoc
aūt q̄ eēt ꝑfectiſſimū oportuit vt eſſet
ſufficientiſſimū ⁊ efficaciſſimū Quia
g̃ vt eſſet ſufficientiſſimū iđ ſe extēdit
ad celeſtia terreſtria ⁊ īfernalia Quia
ergo ꝑ xp̄um ſunt infernalia recuꝑata
terreſtria remediata celeſtia reintegra
ta ita qđ primū hoꝝ fecit ꝑ penitētiā. ſecū-
dū ꝑ grām. tercium ꝑ gloriā ideo poſt
paſſionē aīa deſcendit ad inferos ad
liberandū in inferno detētos Deinde
reſurrexit a mortuis ad viuiuificandū
mortuos in p̄ctis. Aſcendit ad celos
reducēdo captiuitatē ad integranduꝫ
iheruſalē celeſtē miſit ſp̄m̄ ſanctū ad e-
dificandū ih̄rl̄m terreſtrem q̄ oīa neccā
rio ꝯſequunt̄ ⁊ exigunt̄ ad ſufficientiā
redemptiōis humane Rurſus q₂ re-
mediū illud fuit edificatiſſimū taꝫ in
eos q̄ xp̄i aduentū p̄ceſſerūt q̄ȝ in eos
qui ſequunt̄ qui tñ ad ip̄m accedūt ⁊
acceſſerunt ⁊ eius mēbra fuerūt ⁊ ſunt
Tales aūt ſunt qui adherēt ei ꝑ fidem
ſpem ⁊ caritatē ideo remediū iſtud ef
ficatiaꝫ habere debuit. primo in eos q̄
xp̄m crediderūt credendo ſperauerūt
⁊ ſperando amauerūt Ac ꝑ hoc ſtatim
debuit ad inferos deſcendere ad ip̄oꝝ
liberationē vnde aperta ianua celi per
xp̄i paſſionē q̄ ſatiſfaciendo remoueat
rūphеam mutando ſñaꝫ dīnā eripuit
de inferno oīa ſua mēbra Debuit etiā
efficatiam habere p̄cipuam in eos qui
xp̄i aduentū ſequuut̄ vt attingēdo ad
fidem ſpem ⁊ caritatē tandē ad gloriā
ꝑduceret celeſtem L Vt igit̄ edi-
ficaret ad fidē qua credimus xp̄m veꝝ
deū ⁊ veꝝ hoīem qua credimus eū volu
iſſe nos redimere ꝑ mortē ⁊ ad vitam
nos reducere poſſe ꝑ reſurrectionē iđ
voluit reſurgere ad vitam immortalē
interiecto tamen ſpacio t̄pis. ſ. debi-
to. xxxvj. horarum in quo oſtenditur
q̄ vere mortuus fuit nec magis acce-
lerare ne ſi citius ꝯſurgeret crederet̄
q̄ non vere mortuus fuiſſet ſed ſe mor
tuuꝫ finxiſſet nec amplius differre ne
ſi ſemper iaceret in morte crederetur
impotens ⁊ q̄ nullos poſſet ad vitam

reuocare. idoq; ſurrexit tercia die Am
plius vt erigeret in nobis ſpem ad cele
ſtē aſcendit glãm quã ſꝑamus O
Sꝫ q: ſpes nõ oriẗ niſi ex fide immor-
talitatis future. iõ non ſtatim aſcēdit.
ſed ſpacio .xl. dieꝝ interiecto in quo ꝑ
multa ſigna ⁊ argumenta verã aſtrue-
ret reſurrōnem ꝑ q̄ animus ſolidareẗ
in fide ⁊ ſubleuareẗ ad ſꝑandã glãm
celeſtē N Poſtremo vt inflãma-
ret ad caritatē miſit ſpũſſancti ignem
in die penthecoſtes. ⁊ quia nullus hoc
igne repleẗ. niſi qui q̄rit petit ⁊ pulſat
cũ inſtanti ⁊ importuno ſpei deſiderio
iõ non ſtatim poſt aſcenſionē miſit. ſꝫ
decem dieꝝ ſpacio interiecto in quo di
ſcipuli ieiunantes. orantes ⁊ gemen-
tes diſpoſuerunt ſe ad ſpũſſancti ſuſce
ptionem. Ac per hoc ſicut debitam ſer
uauit horã in patiendo. ſic in reſurgen
do. ſic in aſcendendo ad celũ. ſic etiam
ſpũmſanctum mittendo ⁊ ꝓpter funda
tionē trium virtutũ predicataꝝ. ⁊ ꝓpter
multa miſteria que in his tꝑibus im-
plicanẗ. Et qm̄ ſpũſſanctus qui chari
tas eſt ⁊ per caritatē habeẗ eſt oĩm ori-
go cariſmatũ. ideo cũ deſcendit ſpiri-
tuſſcũs effuſa eſt plenitudo cariſmatũ
ad corpus xp̄i miſticum ꝯſummandũ
Et q: diuerſa mēbra debent eſſe in cor
pore ꝑfecto. ⁊ diuerſoꝝ membroꝝ di-
uerſa officia ⁊ exercitia. Hinc ē ꝙ vni
datur per ſpũm ſermo ſapīe. alij ſmo
ſcīe. alij fides ⁊c̄. que enumerat apl's
j. coꝝ. xij. que oīa opatur vnus atꝫ idē
ſpũs diuidens ſingulis ꝓut vult ſcd̃m
ſuam liberaliſſimã ⁊ ꝓuidentiſſimam
largitatē. Nunc manifeſtiſſime appet
quõ dñs noſter ieſus xp̄s per ſuã paſſi
onem reſurrõem ⁊ aſcenſionem ⁊ ſpi-
rituſſcī miſſionē humanũ genus ꝑfe-
cte reformauerit reducēdo ad ſtatum
felicitatis eterne quē prius ꝑdiderat
primus homo per pctm̄ inobedientie.

nam poſt ſpũſſancti miſſionem apoſto
li hoc qđ a dño audierunt. vicꝫ. Ite in
mundũ vniuerſum predicate euangeli
um omni creature. qui crediderit ⁊ ba
ptiſatus fuerit ſaluus erit. ſtatim palã
predicauerunt ⁊ fidē xp̄i ac baptiſma
annũciauerunt. Quicunq; vo ex iude
is vel gentilibꝫ fidem xp̄i ⁊ baptiſmũ
ſuſceperunt accipiebant ſpũm ſanctũ
per quē templum dei efficiebanẗ. Vñ
apl's. j. coꝝ. iij. Templũ dei ſanctũ eſt
qđ eſtis vos Spũs enim ſcũs ſe infun
dens cordibꝫ fideliũ ⁊ accendens in a
more dei faciebat eos tabernaculũ ſan
cte trinitatis De hoc beatus aug. in li.
de trini. ſic ait. Dilectio que ex deo eſt
⁊ deus eſt ꝓprie ſpũſſanctus eſt ꝑ quē
diffundiẗ in cordibꝫ nr̄is dei caritas.
ꝑ quam nos inhabitat tota trinitas. ⁊
ſic homo hñs deum in ſe ꝑ fidem ⁊ di-
lectõem aſſecutus eſt dei fruitõeꝫ quã
prius amiſerat ꝓpter lapſum primi ho
minis. nũc in preſenti per grãm ⁊ poſt
hanc vitam ſi in ſtatu gratie ꝑſeuera-
uerit in futura vita hoc eſt in regno ce-
loꝝ per gloriã Sic igiẗ ꝯſummatũ eſt
⁊ ꝑfectum illud bonũ hoīs ad qđ crea
uerat eũ deus. ſ. ad fruitionē ſui.

Capitulum .VI.

Conſiderãs aũt malignus ſpũs q: ꝑ paſſionē
⁊ mortem xp̄i redemptũ eſt genus hu
manũ. ⁊ ꝙ ad fidē ipſius multi voca-
renẗ. ac per ſacramentum baptiſmi a
ſordibꝫ omniũ peccatoꝝ mundarenẗ.
⁊ oēs tales credentes in xp̄um filij dei
efficerenẗ valde infremuit. ⁊ qui ius
perdiderat ⁊ antiquum lucꝝ cepit que
rere nouũ O Per baptiſmũ quip
pe vt dictũ eſt omne pctm̄ ſiue origina
le ſiue actuale ꝑfecte deletur. manet tñ
adhuc fomes peccati nõ extinctus. id
eſt ꝓnitas ad peccandũ etiam in bapti

ſatis. Quod cernens hoſtis antiquus
hūani generis viz hoīes etiaʒ fideles
⁊ poſt ſacramentuʒ baptiſmatis p̄ qd̄
abluti a pctīs fuerant eē ꝓnos ad pec
candū ꝓpter fomitē pctī q̄ in ipīs re-
manſerat oēm maliciā ſuam ad temp
tandū ⁊ ad decipiendū genus huma-
num extendit ⁊ in tm̄ ꝑualuit ſtimulā-
do ⁊ inſtigando ad vitia ⁊ ad ꝯcupiſcē
cias carnis ⁊ mūdi ꝙ raro eſt aliquis
qui eius laq̄os euadere valeat. Quis
em̄ moderno tp̄e etiā inter fideles qui
non eſt lapſus vel labat̄ in ꝯſenſum vel
actū pctī ¶ Sʒ heu ꝓpter morta-
le pctm̄ p̄dit̄ puritas ⁊ innocētia bap
tiſmalis ⁊ priuat̄ hō grā ſpūſſancti ⁊
efficit̄ iteꝝ filius ire ⁊ p̄ ꝯñs incurrit
damnationē ꝑpetuam hoc eſt mortem
aīe. Vñ ezechiel. xviij. Anima que pec
cauerit ipā moriet̄. Et beatus iacobꝰ
.i.c. Peccatū cū ꝯſūmatū fuerit ipm
generat mortē Quid ḡ nunc agere de
bet infelix ⁊ miſer peccator tot ingra-
tus beneficioꝝ ſibi a deo impenſoꝝ viz
ꝙ creatus fuit ad ymaginē dei. ꝙ fuit
redemptus precioſo ſanguine xp̄i ⁊ ꝙ
fuit ablutus in baptiſmate ab oī fece
peccati qui iteꝝ incidit in ſordes viti
oꝝ ſe iteruʒ deturpando ⁊ maculando
Rebaptiſari nō licet q̇d ḡ. deſperabit
de venia abſit. Benigniſſimus em̄ ꝯdi-
tor noſter ꝯſiderās ⁊ cognoſcēs figmē
tum noſtꝝ eē fragile ad peccandū ꝓvt
ipē dt in geñ. viij. Senſus em̄ hoīs ⁊
cogitatio hūani cordis in malū ꝓna
ſunt ab adoleſcētia ſua Nolēs etiā ſu-
um ſanguinē q̄ innocenter fuſus eſt ꝑ
nobis. eē ꝑ nobis fuſtratū ex ſua inef-
fabili pietate prouidit nobis de reme-
dio ſalutari ſtatuens ſacrā e quibꝰ pre
cipiū eſt pñīa q̄ valet ⁊ poſt baptiſmū
maculas p̄ peccatū ꝯtractas abluere ⁊
delere ⁊ grām p̄ditā reformare. de hac
pietate ⁊ mīa dn̄i Beatus gre. ſup̄ illo
iob. Nunquid armilla pforabis max
illam eius Maxillā dñs leuiathā iſti
us armilla pforat q2 ineffabili mīe ſue
potentia ſic malitie antiqui hoſtis ob-
uiat vt aliqñ eos etiā quos iā cepit a-
mittat ⁊ q̄ſi ab ore illius cadant q̄ poſt
ꝑpetratas culpas ad innocentiā rede
ant. Quis aūt hoīm leuiathan iſtius
os euadat vt illicita nulla committat.
Quis etiā ore illiꝰ ſemel captus max
illā eius euaderet ſi pforata non eſſet
an nō in ore petrū tenuit cū negauit eū
an nō in ore dauid tenuit. cū in tātam
ſe luxurie voraginē merſit ſʒ dū ad vi-
tam vtrūqʒ p̄ pñīaʒ redıȷt leuiathā iſte
eos aliquo mō quaſi p̄ maxille ſue fo-
ramē amiſit. Sed hinc cognoſcimus
ad quantū redemptori hūani generis
debitores ſumus q̄ non ſolū nos in ore
leuiathan ire ꝓhibuit ſʒ ab ore etiā re
dire ꝯceſſit q̄ ſpem peccatori nō abſtu-
lit q2 maxillam eius vt euadēdi viam
tribueret pformauit. Vbiqʒ ḡ nobis
occurrit ſuperna medicina quia ⁊ de-
dit homini precepta ne peccet ⁊ tamē
peccanti dedit remedia penitentie ne
deſperet. Hec grego. Ecce quomodo
miſericordia ⁊ pietas domini ex omni
pte ꝓuidit de medicina ⁊ remedio pec
catoribꝰ etiā poſt baptiſma in peccata
corruentibꝰ. Qui vero tam piam me-
dicinam ꝓpter ſuas iniquas volupta-
tes ⁊ cōcupiſcentias ⁊ turpitudines
negligit quid aliud q̄ʒ in p̄ditionem
perpetue damnationis voluntarie pe
git. Nullam enim excuſationem tem-
pore vindicte ⁊ ire dei pretendere pote
rit De hoc beatus gregorius in quadā
omelia. ſic dicit. non eſt iam quod ho-
mo excuſationis inueniat deus deſpi-
citur ⁊ expectat contemni ſe videt ⁊ re
uocat iniuriam de contemptu ſuo ſuſ-
cipit ⁊ quandoqʒ tamen reuertenti e-
tiam premia promittit ⁊ non ſolum

qñ ꝙ vꝛ etiam frequenter. imo ſemꝑ. Unde beatus auguſ. Uelit nolit nouatus hereticus. vere penitentes paruꝰ ē ſuſcipere xp̄s ¶ Conſiderantes igiẛ tantam pietatem in viſceribꝰ dei noſtri erubeſcamus ⁊ timeamus iacere in prauitatibꝰ noſtris. ⁊ ideo non tardemus ꝯuerti ad dñm. nec differamus de die in diem. ſed quanto citius ſalubrem pñiam ꝓ noſtris reatibꝰ aſſumamus. de[illegible]onamus veterem hoīem ſancte ⁊ religioſe viuendo vt gratiaꝫ ⁊ miſc̄diam dei inueniamus tp̄e oportuno in extremis noſtris.

¶ Capitulum VII. ¶

Notanduꝫ autē

quō accedere debeamus ⁊ gratiam inuenire. dñs noſter per os ſapiētis ſpūſancto inſtructi edocet dicens verba ſuperius in principio ꝓpoſita videlicet. Fili accedens ad ſeruiturē dei ⁊c̄. In quibꝰ verbis dñs noſter tanq̄ pr̄ pijſſimus vocans nos filios vt nos beniuolos ad obediendũ faceret oñdit nobis viam viuendi ⁊ perueniendi ad ſeipſum. nã in iſtis breuibꝰ dictis vt infra patebit ꝯſiſtit tota ſalus hoīs

Ut aũt materia pñs ꝯgruentius ponaẛ ſꝫm intentōem ſcribentis dictãtis vel colligentis ⁊ facilius intelligatur quantũ ad fructum. ſi tñ audientis dicaẛ vel ponaẛ. hec autoritas per iſtum modum. Fili accedens ad ſeruiturem dei ſta in timore ⁊ iuſticia ⁊c̄. In qua autoritate triplex ſtatus electoꝝ ꝯprehenditur. vicꝫ incipientium. ꝓficientium ⁊ perfectoꝝ. Status incipientiũ ſiue penitentiũ ꝯſiſtit in tribꝰ. ſ. in ꝯtritione. ꝯfeſſione ⁊ in ſatiſfactōe. Status ꝓficientiũ etiam in tribꝰ. in vitiorum deteſtatōe. virtutũ operatōe. ⁊ temptationũ perpeſſione. Status pfectorum ſimiliter in tribꝰ. vicꝫ cordis mũdicia ſiue puritate. dei caritate ⁊ in creatoris omniũ ꝯtemplatōne. Primus ſtatus notaẛ cum dr̄. Fili accedens ad ſeruiturē dei ¶ Scđs cum ſubiungiẛ ſta in timore ⁊ iuſticia. ⁊ prepa animam tuam ad temptatōem ⁊ ſuſtine. Tercius qñ ſubinferẛ Coniungere deo ¶ Et q2 ad regnũ dei nemo poteſt puenire niſi ſit in ſtatu penitentiũ. ꝓficientium vel perfectoꝝ. ideo pꝫ manifeſte vt dictũ eſt ꝙ omnia que neccãria ſunt ad ſalutē hoīs in iſtis breuibꝰ ꝯprehendũtur vbis Nunc igiẛ ꝓut dñs donauerit ꝓcedendũ eſt ad materiã mō aſſumptam declarandã ⁊ exequendã Sꝫ anteqū ꝓcedaẛ ¶ Sciendum eſt ꝙ colloquia edificatoria ex ore ſeniorꝫ ad iuniores prolata magis inſtruũt ⁊ edificant q̄ ſimplex lectio. Qđ affirmat beatus greg. cum dr̄. Collocutōis vox plus q̄ lectionis ſermo corda torpentia excitat. Hoc igiẛ attendens in hoc tractatu per modũ dyalogi vicꝫ interrogantis ⁊ rñdentis ꝓcedere diſpoſui. hoc eſt patris ſpūalis rñdentis ⁊ inſtruentis. filij vero ſpūalis interrogantis ⁊ informatōnem recipientis. Pater ergo ſpūalis filiuꝫ ſpūalem alloquiẛ dicens verba preaſſumpta. Fili accedens. Accede inquã primo pro peccatis pñiam agendo. ⁊ ſta in timore vitia fugiendo. ⁊ iuſticia oꝑa virtuoſa faciendo. ⁊ prepa aīam tuam ad temptatōem impugnationibꝰ dyabolicis reſiſtendo. ⁊ ſuſtine in bona vita pſeuerando. Coniungere deo ipſi ꝑ caritatē firmam adherendo. Si iſta feceris gratiam ⁊ gloriam apud dominuꝫ obtinebis. gratiam in preſenti. ⁊ gloriam in futuro. Amen.

¶ Explicit prohemium.